



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 50. Seditio inde exorta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Primores ad Ecclesiam Cathedralem Sæcul. XVI.  
convocari jussit.

A.C. 1547.

Itaque ipius hunc Conventum accedens hæc exposuit: „Cæsaris æque, ac „Pontificis voluntas est, ut sacri Offi- „cii tribunal, utpote ad avertendam „hæresis pestem oppido necessarium „erigeretur. „ Percepta hac propo- fitione Senatus primo in secretas indi- gnationes prorumpens hac super re de- liberandum respondit: Altera vero die ad Proregem duodecim Deputatos ab- legabat, qui eidem declararent, quod urbs hoc tribunal institui recusaret, cum præter hoc, quod nudum illius nomen horrorem instillaret, illud equidem in hæreticorum Provinciis, non autem in Regno, ubi sola Religio Catholica vi- get, utiliter erigi posset. Verum insuper habitis hisce rationibus Prorex jun-cta cum Archiepiscopo opera matutino tempore die quarta Maji edictum pro- mulgari jussit, vi cuius sacræ Inquisi- tionis Curia deinceps in Archiepisco- pali Palatio collocanda denuntiabatur. His peractis præfatum edictum in val- vis Ecclesiæ Cathedralis fuit affixum.

### §. L.

#### *Seditio inde exorta.*

Vix hoc edictum conspiciebatur affi- xum

**Sæcul. XV.** xum, cum illico urbs tota in sedicio-  
A.C. 1547 nem erumperet, ac præcipue Thomas  
Pallao. hist. Agnellus vir infimo loco Surrenti natus  
Conc. Trid. innumera pene populi multitudine ci-  
I. IO. 6. I. 8. 4.ctus ad Ecclesiam Cathedralem cursi-  
taret, ac edictum dilaceraret, ut nil  
propius esse videretur, quam quod ip-  
sum etiam Archiepiscopale Palatum  
exspoliaret. Nil equidem intentatum  
reliquit Prorex, ut populi tumultus se-  
daret. Ast seditiosi se nunquam arma  
posituros declarabant, nisi Inquisicio-  
nis tribunal aboleretur. Ad hæc Pro-  
rex convocatis viginti novem Regio-  
num Primoribus, furentes placare stu-  
duit, eisque datis literis proprio suo  
chirographo munitis nullam ultra de hac  
Curia mentionem fieri promisit. Per-  
cepta hac voce per solidos tres dies ac-  
censis festivis ignibus populus lætitiam  
celebravit, moxque Salernitanus Prin-  
ceps unacum Placido Sangrio Viro ad-  
modum Nobili ad Cæsarem fuit ablega-  
tus, ægre id ferente Prorege, cum in-  
fensissimus Salernitani hostis esset: Porro  
cum duo adolescentes quosdam Proregis  
amicos primo convitiis, ac demum lapidi-  
bus incesserent, ac Prorex legum seve-  
ritate horum petulantiam coercere vel-  
let, mox die vigesima quinta Maji se-  
ditio recruduit, & plateis præsidario  
milite oblessis omnis populus totam no-  
<sup>etem</sup>

LIV.  
litio-  
omas  
atus  
cinc-  
tus  
t nil  
d ip-  
tum  
ntum  
s fe-  
arma  
sitio-  
Pro-  
gio-  
stu-  
suo  
e hac  
Per-  
s ac-  
tiam  
Prin-  
ad-  
ega-  
n in-  
orro-  
egis  
oidi-  
eve-  
vel-  
i se-  
ario  
no-  
tem

ctem armatus absumpfit. Tandem pro- **Sæcul. XVI.**  
ficua Rissiniani Principis, ejusque Fra- **A.C. 1547.**  
tris Episcopi opera cum Prorege con-  
ventum est, ea lege, ut concessa præ-  
teritæ seditionis oblivione nil amplius  
innovaretur, donec tam urbium, quam  
Proregis Deputati a Cæsar's aula rever-  
si fuerint. Ex his prior, quem Prorex  
ablegaverat, Carolum V. accessit, plu-  
raque adversus incolas tanta rationum  
vi exposuit, ut urbium Deputati ab al-  
loquio excluderentur, Cæsar vero in  
rebelles severa promulgaret edicta. Ni-  
hilominus Sangrius, qui & ipse ex De-  
putatorum numero erat, impense Cæ-  
sarem rogabat, ut tandem ad alloqui-  
um admitteretur, minus tamen prospe-  
ro successu; quippe eo unacum itine-  
ris sui socio Neapolin reverso seditio ma-  
jori, quam antea impetu recrudesce-  
re cæperat, ubi nil propius erat, quam  
ut in ipsos etiam Nobiles arma conver-  
terentur, nisi Caracciolum, cuius apud  
populum ingens gratia, atque auctori-  
tas erat, civium furorem sedasset, pro-  
posita Æsopica Lupi, oviumque fabula.

## §. LI.

*Præteriorum oblivio a Cæsare con-  
cessa, ac seditio extincta.*

Cum Imperator vereretur, ne Neapo-  
litani Gallos in auxilium vocarent,  
*Hist. Eccles. Tom. XXXIX.* A a seque